SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTO. IN PRO-
logo primi Phisicorum dilucidatæ per Ioannem Thomam Zancha ex Capite Sileris Neapolitani ſtudij Rectorem.

Ad dominum Petrum Marium de mauris Neapolitani Regni Protomedicum digniſſimum.



DOMINO PETRO MARIO DE MAVRIS
*Auersano, Philosopho eximio, huiusq; Neapolitani Regni
Protomedico dignissimo, Ioannes Thomas Zancha*
S. P. D.



VANTI *penes Philosophos, ac medicos oẽs, momẽti, quãtiq; frugis doctissimæ maure Aristo. libri de phisico Auditu, usq; quaq; fuerint: tibi exploratissimũ esse non me latet. quippe sine qbus frustra quispiam Philosophari tentabit, ýsq; demũ ingnoratis, cuntis in rebus perscrutandis cecitabit. Cunq; peripateticorũ, tum græcis, tum latinis, q̃; plurimi philosophi mentem aperire tentarint, pauci tamen ob eius difficultatem ab aliorum obiectionibus eum rationabiliter tutati sunt, nanq; dũ a cotradictionibus ipsum remouere conantur, præsertim in hoc primi phi. prologo, ubi sibi ipsi aperte oppugnare uidetur, potius nugis illum in uoluunt q̃; aperiũt. Inter quos meo iuditio, dominũ Hieronimum Balduinum scopum tetigisse, ueritatemq; assequutum esse facile iudicabunt, quos, ipsius aliorumq; rationes percurrere non pigebit. Ad comunem itaq; tyronum utilitatem in his quinq; primi phi. textibus incidentes contradictiones scluere uolentes, Cum te unum meis in rebus fautorem, ueritatisq; amatorem semper agnouerim, lucubrationes istas, licet non te dignas, quantulascunq; tamen, tibi offerre, ac pro scribentium more, humanitati tuæ fisus dicare nõ sum ueritus, is. n. es, ut etiam parue pro ueritate tueri ne utiq̃; de dignatus fueris, has itaq; ne despicias, rogatum uelim, sic. n. me ad altiora promouebis, teq; solum patrono obtrectatorum sannas floccipendam, Vale. me. meaq; (uti soles) tueri ne desistas.*



RISTO. inquinq; textibus primi phi. qui tertius philoſophiæ prologus ſunt, ut doctiſſimus inquit Auer. inſexto com. pri. phi. in principio: uolẽs nos (in his quinq; textibus ſeu prologo, tria docere) ut notatum reliquit Auer. infine quinti com. eiuſdem primi, intentionem .ſ. uiam doctrinæ, & ordinem eiuſdem: ſibi in hoc prologo, & in alijs libris contradicere uidetur: ſed quoniam inter latinos magis Ariſto. cõtrouerſiam, & contradictionem ſedantes, unũ inueni dominũ Hieronimũ Balduinũ nominatum, cuius ſcripta nuper ad noſtras manus peruenerunt, iõ eius opinionem tanq; magis à contradictione remotam ſequentes dicimus.

Prima contra dictio.

Ariſto. in p° tex. pri. phi. dicit, de rebus naturalibus ſunt effectus, & ſunt principia, quæ prius agnoſcenda? Reſpondet infine primi textus, principia eſſe prius agnoſcenda: in 2° tex. dicit ſunt principia, & elemẽta: & ſunt compoſita. i. effectus, ſed prius nota, et notiora ſunt cõpoſita, ibi in p° tex. dicit prius principia, hic in 2° tex. compoſita prius.

Reſpõſio quorundam.

Reſpondent quidam, & dicunt, ꝙ ordo eſt duplex ſecundũ neceſſarium, & ſecundũ notius, p° modo loquitur in p° tex. ſecundũ neceſſariũ principia præcedunt compoſita, 2° modo loquitur in 2° tex. cõpoſita præcedunt principia, quia notiora: quoſtante reſpondent, Ariſto. non contradicit ſibi quia loquitur indiuerſo ordine doctrinæ.

Confutatio.

Purum figmentum eſt hec Reſponſio, nam in 2° tex. & 3° Ar: declarauit uiam doctrinæ, non ordinem doctrinæ, ideo nõ poſſunt ſe excuſare loqui indiuerſo ordine, ut doctiſſime declarat Auer. in 2°, & 3° com primi phi. Præterea quando dicimus aliqua adiſcenda ordine ſecundum neceſſariũ, intendimus de eis, quæ ſunt ingnota, & ſunt adiſcenda, ſicuti p° de aĩa 2°, ingnota eſt aĩa, ingnota ſunt aĩalia i. compoſita, ambo adiſcenda: ſecũdum neceſſarium prius aĩa: ſecundũ notius prius aĩatum. Ariſt. in 2° & 3° tex. nõ dicit compoſitum prius adiſcendum dicit ꝙ eſt per ſe notum, notius naturaliter qa ſenſatum, & quod eſt ſenſatum non eſt adiſcendum niſi ab inſano capite. 8. phi. 22.

Reſpõſio uera

Propter hoc aliter dicendũ, uerũ pro ſolutione notandũ: 2° poſt. 33. com. præcognitio eſt contraria demoſtrationi. aliud, ꝙ præcognoſcitur aliud, ꝙ demoſtratur, quod demoſtratur 2° poſt. p° inſenſatum ingnotũ naturaliter, concluſio demoſtrationis, quod præcognitũ, ſenſatum, notum naturaliter, principium demoſtrationis: quod ergo adiſcendũ demoſtratione, ingnotũ naturaliter, & concluſio. ex quo patet ſolutio clara: quando. d. in p° tex. principia prius q; cõpoſita, prius adiſcenda, q; cõpoſita. i. inſenſata, ingnota. i. concluſiones, quas p° uolumus adiſcere, ſunt de principijs, q; de principiatis: quando dicit compoſita prius q; principia, non dicit adiſcenda prius contradicendo dicto in p° tex. ſed dicit ſunt notiora naturaliter, quia ſunt ſenſata perſe, ſunt principia demoſtrationis, ad inueſtigandas concluſiones ingnotas de principijs, quas diximus in p° tex. prius adiſcendas, ex quibus patet ꝙ Ariſto. non contradicit ſibi. Sed aliquis dubitabit dicens, notitia eſt duplex, altera quam uocant moderni confuſam, altera, quam diſtintam appellant: confuſa pro nunc eſt cognitio quid nominis, & eſſe, uocatur proprio nomine, imperfecta, quia p°. phi. p° eſt cognitio rei ſine cauſa, uocatur in potentia, quia ſicuti res actu per cauſam, ita actu cognoſcitur per eam, ſine cauſa ergo cognitio, in potentia cognitio: Alia eſt diſtinta perfecta per cauſam. ſ. ſubſtantiæ per definitionem, & formam. accidentiũ propriorum per cauſas proprias demoſtratione, uocatur perfecta quia ſicuti eſſe perfectum per cauſam, Ita ſcire perfectum per cauſam. diſtinta, & determinata, quia ſcitur eſſe ſuum diuiſum, diſtinctum in cauſas ſuas: quando dicit totum notius ſuis principijs quomodo intẽdit? dicendum ꝙ intendit notitia confuſa, non diſtinta: compoſitum notius quo ad quid nominis & quo ad eſſe tãtum. ꝙ probatur pri. afine, compoſitum notum habet facere medium indemoſtratione quia, notificans eſſe ipſarum cauſarum: ſed pri. po. 95. ad notificandum eſſe ſua

rum causarũ, sufficit scire tantum quid nominis effectus, & existentiã effectus: ergo cũ dicit compositum notius causis, medium ad inueniendũ causas, intendit notitia confusa, quid nominis, & esistere tantum.

Probatur 2. ab agente notitiam, compositum primo post. 95. mediũ indemostratione quia notum sensu, uel in ductione sensata, & ideo dicebat hic, quia primo sensatũ, primo notũ, sed sensus solũ facit cognoscere esse, non causam, ergo totum notius suis causis, quo adesse, & quid nominis, notitia cõfusa. Probatur 3. ꝙ sit ĩpossibile ẽẽ notius notitia distinta si effectus distinte notius ergo per causam, nõ per causam ignotã, ergo notificatam, ergo nota, & ignota, nota, ad noticiam distintam effectus, ignota, dũ dicit effectũ notiorem causa, notitia distincta.

Sed iterum dubitabit aliquis dicens, quando. d. Aristo. in pri. tex. principia prius adiscenda q̄ effectus, qua notitia harum duarum? dicendum ꝙ noticia distinta, non confusa. ꝙ quidem probari potest, notitia perfecta est per causam, sed principia prius adiscenda erant, propter scientiam perfectam compositorũ, ergo oportebat necessario principia prius cognita distinte, q̄ composita: consequentia probatur, omne quod fit, fit a simili in actu, 9. met. 11. & maxime de sciẽtia, sed effectus ex cognitione causarum habendus est distinta notitia compositorũ. ergo necessario causæ oportet ut sint distinctæ cognitæ.

2ª contradictio.

Alia cõtradictio uidetur inter textum 3. et 5. nã in tex. 3. dicit magis cõposita sunt notiora: in tex. 5. dicit magis uniuersalia sunt notiora, sed magis uniuersalia sũt magis simplicia: ergo ãbæ istæ propositiões ueræ apud Ar. magis cõposita notiora, magis sĩplicia notiora, q̄ clare cõtradicũt.

Respõsio aliquorũ.

Quidam respondentes dicunt, ꝙ in 3. tex. loquitur de uia doctrinæ, in 5. de ordine doctrinæ, modo cõtradictio debet esse respecto eiusdem.

Cõfutatio.

Solutio sophistica est, licet ibi loquatur de uia doctrinæ, de uia naturali, tamẽ innata in 5. de ordine naturali innato, tamen ex causa qua probauit in uiam doctrinæ, cõpositũ magis notum, quia magis sensatũ, ex eadem probauit in ordine doctrine magis uniuersale, magis notum, quia magis sensatum, ideo pro solutione notandũ: ꝙ cõporatio debet fieri ad suũ comparatum, non ad aliud: quando Aristo. dixit in 3 tex. cõpositũ notius quia prius sensatum, comparat ad relatiuum propriũ. i. ad causas ex quibus cõponitur, quando in 5. tex dicit maxime uniuersale notius quia prius sensatum, cõparat ad relatiuum propriũ. s. ad particulare ꝙ est sub ipso, & ideo nõ cõtradicit, quia nõ comparat compositum ad uniuersale, sed compositum ad causas, uniuersale, ad particulare.

Dubitatio solutio.

Sed dicet aliquis, ego uolo cõparare uniuersale, ad cõpositum, uniuersale, simplex, & notius: quod horum est notius? pro solutione notandũ, ꝙ cõpositum, ut homo potest cõparari animali, ꝙ est uniuersale: duobus modis, uno modo ut est particulare animalis, ut sic non est cõpositum, nec totum, sed est una pars contenta sub animali in potentia, nõ est in actu, q̄a in actu est per racionale, isto modo est ignotius animali, & uniuersali, per causam Aristo. quia pars minus sensata, minus nota suo toto: alio modo potest cõparari ut est totum, non pars animalis cõpositum ex animali, & in actu per differentiam suam, isto modo nõ est pars eis, sed ẽ totum: & isto modo est notius eo per causam dictam, totum quia prius sensatũ prius notum intellectui. & sic ad rationem, uniuersalia sunt simpliciora, negatur hoc: Immo sunt cõpositiora, sunt tota impotentia magis cõposita q̄ sua particularia: animal. n. continet inse in potentia non solum hominẽ, sed leonem, ergo nõ est simplex, sed compositum, est totum respectu cuius dicit Aristo. esse notius.

3ª. Contradictio.

Alia cõtradictio inter tex 4. & 5. dicit Aristo. in 4. tex. uniuersale. i. genus ut exponebat Aue. notius q̄ singulare. i. species: contrarium dicit in tex. 5. totum diffinitum. i. species notius q̄ partes, quarum una est genus: ergo eadem species nota, & ignota respectu generis.

Respõsio quorundã

Dicunt aliqui ꝙ notitia ẽ duplex, confusa, & distinta, quãdo Aristo. dicit in tex. 4. uniuersale. i. genus notius singulare. i. specie, intendit notitia

distinta,non confusa,quando dicit intex. 5 .totum diffinitum i.speties no-
tius parte.i. genere,Intendit noticia confusa,non distincta,& tunc respõ
dent,idem notius & ingnotius,diuerso modo,& sic non contradicit.

Cõfuta
tio.
Est notandum ꝙ uerum est diffinitum præcedere partes,noticia con
fusa .i. præcognitum partibus , si est,& quid nominis ut diximus,non
notitia distinta,quia cognitio distinta diffiniti nõ ẽ,nisi præhabita distinta
de partibus, sed uniuersale genus ipsum nõ solũ notitia distincta præce-
dit spetiem, sed noticia confusa,nam dicit intex.4. uniuersale notius qa
sensatum, sensatum.i.præcognitum esse,& quid nominis,ergo uniuersa-
le genus præcedit speciem noticia cõfusa,& præceditur ab ea:respectu
ergo eiusdem noticiæ notius,& ingnotius & remanet cõtradictio.

Vera
solutio.
Pro solutione notandũ,ꝙ speties est in actu per differentiam,est aũt
in potentia per ipsum genus,ex quo infertur secundũ , ꝙ cõtinetur sub
genere non ut in actu, sed ut in potentia,non ut in actu , quia est in actu
per differentiam,& a genere non continetur nisi ut est in potentia,quia
genus totum potentiale est,non actuale,continẽs in potentia partes suas
non in actu : ex quo infertur tertiũ, ꝙ speties ut est in actu,refertur ad
genus,ut totum non ut pars,ꝙ hoc modo probatur, species ut est in actu
est quodam cõpositum ex genere,& differentia,ergo totum,quia cõposi
tum totum non pars,quia ut est in actu nõ cõtinetur,ergo nõ est pars , ut
uero species est in potentia,nõ in actu,ut sic nõ est totum,est pars gene-
ris,non est totum,quia ut est totum est in actu per differentiam, est pars
generis,quia contentum sub eo:ex quo patet solutio clara , uniuersale .i.
genus in 4.tex.notius particulari.i.spetie, spetie,non ut in actu,& com
posita, sed ut est pars eius contenta,& in potentia,ut sic est pars , ratio
quia uniuersale ut sic est totum respectu eius,totũ magis sensatum,& to
tum magis notum,in 5.tex.diffinitum.i.speties non ut pars generis , &
in potentia, sed ut totum cõpositum,& in actu,notius genere,non ut ge-
nus totum speciei potentiale, sed ut pars essentiæ spetiei,causa quia totũ
speties

speties hoc modo,totum essentiæ,& in actu,totum magis sensatum, ma-
gis notum:& hac distintione remota est contradictio.
Alie cõtradictiones nõ solũ sunt in dictis ab Aristo. in hoc prologo, 4ª.
sed etiam inter dicta ab ipso in alijs libris,& p^{a} est inter 4.tex.pri. phi. Contra
& 2.cap.primi metha.dicit.n.in 4.tex.uniuersalia notiora quia magis dictio.
sensata,p^{o} met. 2.dicit oppositum,uniuersalia difficiliora, ingnotiora , qa
remotiora a sensu,conclusio,& causa cõclusionis cõtradicens.
Quidam aut fato,aut bona fortuna ducti,non arte,dederunt solotio- Quorũ
nem,imperfectam tamen,dicentes: 3.de aĩa 18.uniuersale est forma si- dam.
ne materia, forma sine materia 2^{x}.ergo uniuersale 2^{x}.8.phi. 52.& Respõ-
79.sine materia per essentiam, per definitionẽ,per existentiã,per opus, sio.
sicuti solũ sunt intelligentiæ,& deus,uniuersalia per essentiam qa for-
mæ sine materia. 2.modo est uniuersale abstractione, participatione in-
tellectus,& sunt formæ materiales,de se,definitione, & essentia sunt
in materia p^{o} phi.63.& ideo non formæ,& uniuersales per essentiam
sed abstractione intellectus agentis,& participationæ operis sui abstra
hentis 3.de aĩa 18.quo stãte respondent,in p^{o} met.dicit.uniuersalia per
essentiam difficiliora,ingnotiora,qa remotiora a sensu.in p^{o} phi.4. dicit,
uniuersalia abstractione,nõ per essentiã,notiora particularibus,qa propin
quiora sensibus,cũ ergo nõ loquatur de eodẽ uniuersali nõ cõtradicit sibi.
Quod dicũt uerũ est, sed nõ soluunt perfecte,qa Aristo. in met. non Impu-
solũ loquitur de uniuersalibus per essentiam, sed etiam per abstractionẽ, gnatio
loquitur.n.derebus uniuersalibus,de quibus loqtur met. quæ nõ solũ sunt
uniuersalia per essentiã, sed etiam per abstractionẽ,ut ens,actus, substã
tia,potentia,& reliqua,quæ sunt uniuersalia in materia , tãtum per ab-
stractionẽ uniuersalia:& iõ remanet ad huc dubium,& augetur dubiũ
qa res metaphisicales uniuersales abstractione sunt uniuersaliores rebus
naturalibus,ergo notiores,notiores ergo metha.præcedit naturalem ar-
tem ꝙ est falsum 6. met. 3.

Vera solutio. Ideo pro solutione notandum, ꝙ habet Aristo. 7 phi. 23 & 27 ꝙ cōparatio si est uera debet fieri uniuoca, stante equalitate, non in equalitate. i. equiuoca, do exēplū, Rex potentior principe, si uniuoca cōparatio cū equalitate uera. s. rex cū potentia sua, fortior principe, cū potentia sua: si uero dicatur Rex sine potentia, fortior principe cū potentia, falsa quia equiuoca, in equalitate nō stante. 2 est notandū, ꝙ dicit Aristo. 6. met 2. pº de aīa 16. & 2. phi. 17. ꝙ res naturales existunt in materia, definiuntur in materia, & in motu, & considerantur in ea, & ideo in esse sensato, & noto, quia 2. de aīa 121, omne esse sensatum in materia: definitio ergo, & consideratio naturalis, & res uniuersales definite, et consideratæ a naturali cū esse sensato, & cū esse noto existunt. Res aūt methaphi. quæ sunt uniuersalissimæ respectu omnium rerum, diffiniuntur, considerantur sine materia, sine motu, & ideo sine esse sensato, sicuti Rex sine potentia, sic res meth. sine esse sensato, potentia ad esse notum. res naturales cum esse sensato, potentia ad esse notum. quo stante patet responsio clara. uniuersalia notiora particularibus, si comparatio uniuoca cū equalitate uera. si uniuersale, et particulare ambo in esse sensato, uniuersale notius particulari. exēplū si Rex. & princeps, ambo cū potentia, quia Rex maior in potentia, potentior. si uero cōparatur cōparatione equiuoca, in equali, uniuersale nō in esse sensato, & potentia ad esse notum, ad particulare sensatum, & potentia ad esse notum, equiuoca in equalis comparatio, non uera, ut comparare regem sine potentia, ad principem cū potentia. ex hoc pri. soluitur dubium, 2. contradictio, erat dubium, methaphisicalia uniuersaliora ꝗ̃ naturalia, uerum est, ergo notiora, nego consequentiam, causa quia in equalis equiuoca comparatio, nam uniuersalia in metha. ut probatum est considerata sine esse sensato, ꝙ est potentia ad esse notū, sicut rex sine potentia, particularia s. res naturales cū esse sensato considerata, potentia ad esse notum, sicut princeps cū potentia. soluitur contradictio in 4. tex. pri. phi.. comparauit uniuersalia naturalia, ad particularia naturalia, quæ ambo in esse sensato, & potentia ad esse notum, magis sensatum uniuersale, magis potens ut sit notum, cōparatio equalis uniuoca, & ideo uera. in primo met. 2. dicit uniuersalia de quibus tractat metha. remota ab esse sensato, & potentia esse notum, difficiliora, ingnotiora ꝗ̃ reliqua particularia, quæ existentia in esse sensato potētia ad esse notum notiora sunt, & est uerū tam de uniuersalibus per essentiam, ut dicebatur pº. ꝗ̃ per abstractionē, de quibus considerat methaphisicus: causa quia cōparatio nō equalis, uniuoca: uniuersale metha. sine esse sensato potentia ad esse notum, sicut rex sine potentia: reliqua particularia, de quibus cousiderāt aliæ artes, ideo notiora quia sunt cū esse sensato potentia ad esse notum. 5a.

Contra dictio. Alia est contradictio in dictis Auer. dicit. n. Auer. in 5. comen. pri. phi. ꝙ partes definitionis sunt partes per imaginationem, per intellectū, non in rei ueritate, idē dicebat Aue. 7. met. 33 & 45. oppositū tñ dicit pri. et 2. phi. 28 et pri. de aīa 5 ubi dicit, ꝙ partes definitiōis, sunt principia existētia ī re, et præcedūt rē ī ee: existētia ī re: ergo ī rei ueritate.

Respõsio comunis. Comunis omnium latinorum consensus Respondet, & dicit, ꝙ partes definitionis considerantur duobus modis, uno modo pro fundamento earum, pro materiali, sicuti materia, a qua sumitur genus, & forma, a qua sumitur differentia. 2. modo pro formali. i. conceptibus sumptis ab illis, isto modo sunt genus, & differentia per intellectum facta, genus, conceptus a materia sumptus, differentia ab ipsa forma. quo stante Respondet latinorum turba, & dicit, pri. modo, partes definitionis, sunt partes in rei ueritate, & extra animam & ita intendebat in 2 phi. 28. & pri. de aīa con. 5. 2. modo ut sunt per intellectum non in rei ueritate, & sic loquitur hic, & non cōtradicit sibi Aue.

Improbatio. Quanto comunior, Responsio tanto falsior, pº: hæc Responsio dicit falsum. 2 nō soluit. dicit falsum, primo met. 17. & 12. met. 14. Alexander fecit tractatum contradicentes genus esse materiam, uel sumi

ex ea, & dat rationem, quia genus est prædicatum, ergo forma, quia materia non prædicatur de re, 7.met.23. & 9.met.12. genus est prædicatum inquid pri.top.4. materia tantum denominatiue prædicatur locis dictis, est ergo genus pars formæ potentialis similis materiei, non materia sicut dicit Por.cap.de genere. præterea 7.met.20.et 40 non differt definitum, & compositum, a definitione, & quiditate sua, nisi quia definitio est forma generalis, ut animalitas, particularis, ut rationalitas: definitum uero, & forma, & materia: præterea 7.met. 35. partes formæ partes definitionis, materia, & forma partes compositi, non definitionis. patet ergo q falsum dicit. 2. non soluit, quia si sumerentur a, materia, et forma, essent similes partes compositi in rei ueritate dicti in 3. tex. nam illi sunt conceptus uniuersales sumpti a, materia, & forma, ergo nulla differentia, & solutio Aue. nulla.

Vera Respõsio

Morem periti (quem semper seruabimus) insectantes, pro contradictionis solutione sunt quædam notanda, & pri. notandum, q ens in rei ueritate dicitur multipliciter, tamen pro nunc, uno modo ens in rei ueritate quod per se existens est extra animam apud naturam, hoc solum 7.met. 2. 2.de generatione 59. est indiuiduum substantiæ, non accidentis, & ideo in prædicamento substantiæ uocauit maxime substantiæ, maxime.i. uerissime substantia, & ens 2. modo quia prædicatum de hoc ente in rei ueritate, isto modo 7.met 2. prædicata substantiæ magis uere entia q prædicata accidentium, quia prædicãtur de indiuiduis substantiæ, quæ uere entia, non prædicata accidentium: 3. modo ens uerum in rei ueritate cui extra animam correspondet esse in actu, uel impotentia, isto modo in post prædicamentis cap. de priori oratio uera, uel falsa, quia res est, uel non est actu, uel potentia, quæ significatur per conceptus singnatos oratione: ens uerum hoc modo, est duplex. primum cui correspondet extra animam aliquid in actu, isto modo pri.post.2 & 2.post.33 5.met. 14. de re docenda præcognoscimus esse uerum.i. conceptui in anima correspondet aliquid extra animam in actu, & isto modo uniuersalia non sunt entia uera, & in rei ueritate pri. de anima 8. nam extra animam nõ correspondet forma uniuersalis in actu, qa ĩ actu solũ in anima, sed solũ forma singularis, quæ est in potentia uniuersale. Secundũ, cui correspondet aliquid in potentia, sed non in actu, isto modo uniuersalia erunt entia in rei ueritate, correspondet.n. forma singularis, quæ licet non actu uniuersalis potest tamẽ fieri per intellectum uniuersalis. Istis sic stãtibus soluitur dubium, partes definitionis sunt partes per imaginationem per intellectum actu non potentia, quia definitio est forma sine materia, & uniuersale, partes definitionis uniuersales, quæ sunt actu per intellectum, extra animam sunt singulare, & in potentia non sunt partes in rei ueritate, quia eis non correspondet aliquid in actu extra animam, sed solũ forma singularis potentia uniuersalis, quæ est definitio. materia, & forma sunt partes in rei ueritate, quia extra animam correspondent formæ esistentes actu in materia, materia.n. est subiectũ habẽtis formã in actu, & sic non contradicit sibi, & sunt principia esistentia in re in potentia non in actu, & sic partes in rei ueritate in potentia nõ actu, quia in actu & in re extra animam non reperitur nisi forma singularis 2. cœli 92. Aue. & 35. 7.met. Aristo. & in actu non sunt genus & diferentia, licet solum in potentia, in actu per intellectum qui considerans formam sine materia quo ad esse in perfectum causat genus, quo ad esse perfectũ causat differentiam.

6ª. Contradictio.

Alia est contradictio, inter textum quartum huius pri. phi. & 12. pri. post. dicit.n. in 4. tex. primi phi. uniuersalia notiora nobis quia sensata, oppositũ dicit 12. tex. primi post. dicit.n ibi notiora nobis propinqora sensui, propinqora sensui singularia nõ uniuersalia, nã notiora, remota a sensu, remotiora a sensu uniuersalia maxime: dicit ergo in 4. tex. uniuersalia notiora nobis, ibi uero in 12. dicit singularia notiora nobis, ĩ 4. tex. uniuersalia magis sensata ibi ĩ 12. uniuersalia remotissima a sensu.

Auer. Auer.pri.phi.4.com.& pri.post.12.com.quasi in fine, dicit quod

Respõsio. uniuersale est duplex, primo modo capitur uniuersale pro comuni pluribus rebus, ut opponitur proprio, & sic ut dicit in com.4.& 5.Aue.& pri.top.4.solum genus est uniuersale.i.comune pluribus.i.speciebus secundum ibi materia prima, prim⁹ motor ĩ genere comunes pluribus speciebus eorum. isto modo loquitur in primo phi.4. exponebat ipse uniuersale.i. genus notius singularibus.i.specie. ¶ 2°.modo sumitur uniuersale non pro comuniori pluribus rebus, sed pro proprio uni tantum, ut causa uniuersalis.i.propria uni causato, & istud uniuersale definitur ab Ar. pri. po.36.quod habet tres conditiones, de omni, per se, & inquantum ipsum.i. proprium. Isto modo loquitur Aristo.primo post.cap.39.quando dicit demostratio uniuersalis, ex causa uniuersali.i propria in quantum ipsum: demostratio particularis, ex causa non propria .i. magis uel minus comuni. isto modo loquitur Arist.pri.post.12.& d.uniuersale ignotius nobis, notius naturæ, quia remotius a sensu.i.causa propria quæ respectu magis comunis causæ, insensatior, & ignotior, & sic non contradicit, immo.d.idem ibi.d.uniuersale.i.magis comune notius quam singulare.i speciem, in 4.tex.pri.phi.dicit idem, uniuersale.i.proprium quod est particulare.i.minus comune insensatius ignotius nobis.

Impugnatio dicti Auer. per dominum Balduinum. Auer.solutio stare non pôt, in pri.n.post.Aristo.uult docere nos medium demostrationis simpliciter, non solum notum naturæ, sed nobis quia sensatum, & ut ipse dicit ĩ pri.post.95 & 12.est causa propria, quæ in quantum prior in esse nota naturæ, inquantum prius sensata notior nobis, si Aristo.ergo dicit causam propriam minus sensatam, & ignotiorem nobis, doceret totum oppositum eius quod intendit, intendit.n.mostrare causam propriam, medium demostrationis simpliciter esse sensatum, et notam nobis, & diceret oppositum.s.causam uniuersalem.i.propriam insensatam, ignotam nobis.

Præterea dicit Arist. ibi uniuersale notius naturæ, quia remotius a sensu, sed causa propria est ignotior naturæ, quod tali pacto probatur pri phi.2.& 3.quod posterius in esse ignotum naturæ, causa proprior posterior ĩ esse, ergo ignota naturæ, non ergo pôt intelligere uniuersale.i.causam propriam.

Solutio Balduini. Soluit dominus Hieronimus, & dicit quod solutio clara est, nam Aris. ibi illud uniuersale, & particulare sumpsit ad exemplificandum definitiones notorum, quæ diffiniuerat, dicit enim notum nobis propinquius sensui, hæc est definitio, & ratio propria primi noti, dat exemplum ut singularia.i.res ipsæ, de quibus tractant propriæ Artes, & sunt quæ existunt in materia in sensu, & in motu, & ideo res nobis notiores, illa uero, quæ sunt notiora natura, sunt remotiora a, sensu, motu, & materia, exẽplũ uniuersalia maxime, quam uniuersalia methaphi. sunt, quæ remota, a materia, motu, & sensu, & ignota, et sic illa exempla Aristo.pri.post. 12.cõparatione equiuoca sunt, in primo aũt.phi.4.fecit comparationem uniuocam, & equalem .s. comparando uniuersale existens in esse sensato, ad singulare in esse sensato.

Defensio Auer. per Zãcha. Istam impugnationem charissime, a ueritate remotam iudicamus, parcat mihi tantus uir, qui uere logices regularum dilucidator appellari pôt, uel.n.uerũ dicam, uel Auer.doctrina me faciet errare, quod non credo, nullam.n.sic tutissimam doctrinam iudicamus, Rationes.n.Auer.& fundamenta quibus suam persuadet opinionem undiq; securissimæ apparent, & infragibiles, solus.n.intima cordis Aristo.cognouit. & p°. pro Auer. defensione est notandũ quod dicebat Aristo.pri.post.7.quod medius terminus in demostratione simpliciter, qua habetur ipsum scire s', debet esse causa non omnis, sed formalis, quod induit quando dixit (per quam res est) nam uidens Aristo. quod causa ut ipse dicebat 48.2.poste. dicebatur de fine, de materia, agente, & forma, determinat ut distincte loquatur, & ne animum audientium confusum, sophisticũ, & ambiguũ generet & dicit, quod nõ omnis causa est illa per quam habetur ipsum scire

re & quæ ē medius terminus indemostratione sĩplciter, sed illa per quā
res est, quæ tantum causa formalis est 2. de aĩa cap. 4 themi. 2 de anima
24. Aristo. & 2. phi. 3. a qua causa formali res non solum habet esse,
sed etiam opus, nam a causa materiali pri. phi. 82. res habet ut fiat nõ
ut sit a fine uero res non habet nisi ordinem, nam 2. phi. cap. de causis
ad finem oĩa ordinantur, ꝙ etiam affirmabat Aristo. 7. met 23. & 3.
Ethi. 6. ubi dicit ꝙ artifex quicquid agit, facit, & operatur in arte,
non nisi ex fine præcognito, inueniendo, ordinando, & necessitando oĩa
quæ sunt ad finem. ab agente autem res nõ habet nisi ut incipiatur, ꝙ af
firmabat Aristo. 5. met. cap. de principio ubi dicit ꝙ causa agẽs est prin
cipium unde motus, & unde res mouetur, relinquitur clare ꝙ causa a qua
res habet ut sit, nõ est nisi causa formalis. ¶ Est 2 notandũ quod ēt ibi
tex. 7 dicit Aristo. ꝙ hæc causa formalis, medius demostrationis simplic
citer, debet esse nota nobis, & non solum nobis, sed nota nobis ꝙ sit nes
cessaria, quod totum dicebat in illis uerbis, quando dixit (& quod illius
est causa) .i. nota (& non contingit aliter esse) .i. ꝙ sit necessaria, nam
2. de interprætatione 2. non contingens est esse, equiualet ad necesse est
esse, ꝙ etiam affirmabat Auer. come. 7. quando dixit ꝙ Aristo. limitauit
ipsum scire tribus condictionibus, prima ꝙ sit per causam, 2. ꝙ sit per
causam nobis notam. 3ª. ꝙ sit per causam nobis notam necessariam.

¶ Tertio est notandum, quod hæc causa, nota nobis, &
necessaria est illa causa uniuersalis, & illud uniuersale quod
definiuit Aristo. primo. poster. 36. & 37. quod habet tres conditio=
nes, de omni, per se, & inquantum ipsum, quæ causa uniuersalis uocata
ab Aristo. pri. post. 43. est prædicatum primum, & est illud quo posi
to, & cunctis remotis ponitur subiectum, de quo prædicatur, & quo
remoto, & cunctis positis, remouetur subiectum cui inest: uniuersale po
sterioristicũ uocatum a latinis est 4 sciendum ꝙ dicit Arist. 5. met. cap.
de principio, et pri phi. 3. ꝙ causæ, ut causæ sunt, et principia sunt notæ
naturæ

naturæ, si aũt accidit, ꝙ aliqua istarum causarum sit insimul semper cũ
effectu sensato, est etiam nota nobis, non sub ratione qua causa, sed sub
ratione qua in simul cum effectu sensato, ꝙ quidem nulli causæ accidit
per se nisi causæ formali ut dicit Aristo. 12. met. 16. si aũt agenti &
finali, raro, & per accidens, ut dicit Aue. 35. primi post. istis sic declara
ns Aristo. in tex. 12 pri. post. dicit, quoniã dixerat in tex. 11. ꝙ principia
demostrationis, seu medius terminus (quia idem, ut dicit Auer. in come.
11) debent esse priora, & notiora, tanq; bonus artifex distinte loquendo
non confuse dicit intex 12. quasi dicat Auertas, ꝙ debent esse priora et
notiora principia demostrationis duplici prioritate, tam quo ad nos, quam
quo ad naturam, nam priora, & notiora dupliciter sunt, et quatenus sunt
causæ, & principia sunt nota naturæ, ut probatũ per 4. fundamentum,
quatenus postea istæ causæ sunt insimul cum effectu, & sensatæ, sunt
notæ nobis: & quatenus causæ & notæ naturæ, non notæ nobis, & qua
tenus sensatæ, & notæ nobis non notæ naturæ, nam dicit Aristo. nõ idem
natura, & nobis prius, neq; idem natura, & nobis notius, nam notiora no
bis sunt propinquissima sensibus, notiora natura remotissima a sensibus,
quæ oĩa si nomine proprio quasi dicat Aristo. cognoscere desideras, dico
ꝙ remoritissima a sensu uocantur maxime uniuersalia, propinquissima
uero uocantur singularia, quæ cum non habeant eandem definitionem si
bi inuicem opponuntur. ¶ Sed dicet aliquis si hoc uniuersale est remo=
tissimum a sensu quo modo est notum, nobis, & per consequens medius
in demostratione simpliciter. dicendum ꝙ est remotissimũ a sensu non
omnĩ modo, sed sub ratione qua causa, sed quoniam ista causa, est causa
formalis ut dictum supra, quæ semper est cum suo effectu sensato ut di=
cit Aristo. 12. met. 16. ideo semper est nota nobis, quia est cum illo ꝙ est
notum nobis. s. sensatum, & nunq; seperatur ab illo ut dicebat Auer. 4.
phi. 17. intantum ꝙ si forma seperaretur a materia & sensato corrum=
peretur.

¶ Iterum aliquis dubitabit dicens, Ariſto.in tex. 12.non determinauit
qua notioritate,et prioritate,principia, ſeu medius terminus demoſtratio=
nis ſimpliciter,debēt eſſe notiora,& priora, ſed tantum diſtinguit prius
& notius,& non dixit ꝙ hac uel illa prioritate , & notioritate debent
eſſe priora,& notiora. ¶ Non ſicut the.eſt dicendum,qui dicit quoniā
loquitur de principijs demoſtrationis ſimpliciter, quæ nō ſe ſubmittit in=
genio noſtro determinat ꝙ principia talis demoſtrationis debent eſſe no
ta quo ad naturam tantum,non quo ad nos,nam falſum eſt, quia Ariſto.
loquitur de conditionibus illius inſtrumenti,ꝙ quidem nobis deſeruit non
naturæ:modo ſi nobis deſeruit, & nobis ēt ſua pricipia nota eſſe debēt:
natura.n.non cognoſcit 12.met.18.Auer. & Ariſto. ſed dicendum ꝙ
Ariſto non determinauit in 12,quia aperte in 7. tex. dixit ꝙ cauſa,ſeu
principium demoſtrationis debet eſſe nota nobis,nā ꝙ ſit nota naturæ nul
li dubium,quia cauſa ut cauſa ſemper nota natura ut ſupra dictum.

Sed ad huc inſtabit aliquis dicens, omne multiplex prius diſtinguē
dum,& poſtea,determinandū,& definiendū,modo Ariſto. fecit totum
contrarium in tex. 7.determinauit ꝙ principia demoſtrationis debent eſ
ſe nota nobis,& naturæ,& in tex.12.diſtinſit.dicendum ꝙ illa regula
ualet ī multiplici equiuoco,nō aūt anologo, ſeu uniuoco,ꝙ dicebat Auer.
p° po.33.quando dicebat expedit docenti per nomina equiuoca ut p° di=
ſtinguat &c. ꝙ etiam cōfirmatur per Ariſto.p° po.13.ubi p° definit
principium demoſtrationis,ꝙ ſit præpoſitio in mediata:& poſtea in tex.
14.dicit ꝙ hoc principium eſt duplex ,quorum primum appellatur digni
tas.2.poſitio:modo inepitho:logi:cap.de demoſtratione Aue. & p° poſt.
25.pricipia demoſtrationis analogice ſunt,ideo nullū eſt dubium.
¶ Iſtis ſic breuiter declaratis reſtat uera opinio Auer.ꝙ Ariſto.in p°
po.12.loquutus eſt de uniuerſali proprio,& in p° phi. 4. loquutus eſt
de uniuerſali comuni:& rationes domini Hieronimi contra Auer.nullæ
ſunt,& p° quando dicit ꝙ Ariſto.non haberet intentum ſuum , nam in=

tendit inuenire medium demoſtrationis ſimpliciter , qui eſt nobis notus,
modo ſi illud uniuerſale eſt remotiſſimū a ſenſu,ergo non notum, dictū
eſt ſupra ꝙ eſt remotiſſimū a ſenſu,ut cauſa,eſt nobis notum ut ſenſetū:
ad ſecundū quando dicit ꝙ cauſa propria eſt poſterior in eſſe,ergo ingno
tior natura.dicendū ꝙ eſt poſterior in eſſe quatenus remanet cum effe=
ctu, & cum ſenſato,eſt prior in eſſe ut cauſa eſt , & non in cōuenit ꝙ
unum,& idem diuerſo modo, ſit notum,& ingnotum naturæ , & no=
tum,& ingnotum nobis.notum uaturæ ut cauſa,ingnotum naturæ,ut ſen
ſatum.notum nobis ut ſenſatum,ingnotum nobis ut cauſa,& nunq̄ notū
nobis eſt notum naturæ,quia iſta ſibi inuicem contradicunt . nam ratio
propria primi noti nobis eſt ſenſatum,ratio primi noti naturæ eſt cauſa,
& remotum a ſenſu,accidit poſtea ut unum & idem ſit notum nobis,
& naturæ ſub diuerſo tumē modo ut dictum .


Sed eſt una dubitatio, ſi natura non cognoſcit,quomodo dicimus no=
tum naturæ? dicendum ꝙ oīs notitia eſt noſtra , ſed dicitur aliquam rem
eſſe notam nobis.i.illa uia, & ordine innato nobis ut cognoſcamus rem:
quæ uia,& qui ordo innatus nobis eſt a ſenſatis,dicebat.n. Ariſto. 30.3.
de anima,& 33.cap.pri.poſt.ꝙ ordo noſter cogneſcendi aliquā rem,de
bet eſſe a ſenſatis,ut puta ab operationibus & a cōpoſitis,quæ patent ſen
ſibus:dicitur poſtea,aliquam rem eſſe notam naturæ.i.nobis cognoſcen=
tibus illam rem non uia,& ordine innato, ſed uia & ordine,qua uia &
quo ordine ipſa res conſtituta eſt a natura, ſed quoniam eſt coſtituta per
cauſas uniuerſaliſſimas,uniuerſales, & proprias , quando cognoſcimus
illam rem per omnes iſtas cauſas,cognoſcimus cognitione naturæ.i. quan
do cognoſcimus rem per operationes ſuas,tunc illa res dicitur nota nobis,
& quando cognoſcimus illam rem per cauſam,tum illa res eſt nota na=
turæ.i.nobis cognoſcentibus eam ea uia,& eo ordine qua , uia , & quo
ordine conſtituta eſt a natura.

7ª. Septima & ultima cōtradictio, dicit Aristo. pº politicorum cap. pº. et

Contra dictio. 2. ꝙ ciuitas, totum cōpositū ex partibus, prior natura q̃ partes suæ, & probat hoc pacto Aristo: totū prius natura partibus suis, ergo ciuitas prior natura partibus: antecedens probat ex 5. met. cap. de priori, ubi dicit ꝙ prius natura est illud quo remoto remouetur posterius, sed non cōuertitur consequentia: sed remota ciuitate, & toto remouentur partes, ergo totum ciuitas prior natura partibus. contrarium dicit hic in tex. 3. & 2. ubi dicit, ꝙ composita posteriora apud naturam, dedit causam quia sunt posteriora in esse, quare conclusio, & causa conclusionis contradicit. quomodo aūt soluatur relinquo, legentibus, in angulis, admonendo tamen ut relinquant distintionem de toto integrali, & essentiali, quia si illam dabunt, cupientes euitare caribdim, incident in scillam.

FINIS.

SVBTILISSIMI ET EXCELLENTISSIMI THEODORI BELLEI SICVLI RAGVSANI in Hippocratis coi aphorismos commentarius primus.



CVM LICENTIA ILLVSTRISS. & Reuerendissimorum Inquisitorum.

PANHORMI APVD IOANNEM Mattheum Mayda. M D L XXI.